

HEINRICVS BEBELIUS POETA.



Heinricus Iustingensis in sua patria literarum fundamēta egregiē dīdicit, atq; postea in Tūbingēsi Academīa artibus & linguis, ac in primis Poēticāe diligentem operam nauauit. In ijs quoq; studijs fœlici ingenio fretus adeò excelluit, ut apud omnes in magna esset existimatione. Itaque à Maximiliano Cēsare Poëta Laureatus factus, atq; postea inter Tūbingenses professores receptus fuit. Scripsit is artem condendorum carminū, quę Tūbingæ 1515 est edita. Deinde puerorum institutionem, atq; triumphum Veneris, præterea rationē conscribendi epistolas, atq; Latinæ linguæ proprietates. Extant quoq; eius uariæ lucubrationses pro Latinis dictionibus restaurandis, utpote de nominib; artificum, de nominib; morborum humani corporis Græcis atq; Latinis, de nominib; sanctorum cum eorum interpretatione, de nominib; officiorum apud principes, atq; Vocabularium optimarum dictionum. Hoc modo factum ut Bebelius ad bonarum literarum studia iuuanda natus, sibi magnam apud doctos gratiam conciliarit, atq; nominis sui celebritatem etiam ad posteros propagabit. Con. Lycost.